


nensibus, Sinuessanis, Suessanis (si quidem hic genuinus est), denique a procuratoribus duobus. Etiam sub Commodo Sabinae imp. Marci filiae tabularius Suessae degebat (n. 4763). Conferenda est praeterea quae Suessae fuit *bybliothecca M[at]idiana* (n. 4760). — Stemma quod ex his titulis potissimum efficitur:



eo laborat, quod Pius sane adoptione filius factus est imp. Hadriani, sed Hadriani uxorem nequaquam lege matrem habuit (Paulus Dig. 1, 7, 23: *si filium adoptavero, uxor mea illi matris loco non est*; item 2, 4, 7. 38, 8, 1, 4. Ulpianus Dig. 23, 2, 12, 4; *avunculus nemo fit per adoptionem*), et ex altera parte certo certius est Pii imperatoris matrem Arriam Fadillam sororem non fuisse Matidiae minoris. Denique ne abusive quidem quod sciam mater usurpatur de uxore patris adoptivi, nec magis matertera dicitur eius uxoris soror. Neque recte opponitur quod imp. Hadrianus in oratione Tiburtina Matidiam maiorem appellat [*divi patris mei nepte*] *m sanguine, adoptione in consobrinae locum constitutam*; nam cum amita adoptione recte efficiatur, amitae filiam consobrinam appellari excusari potest, quoniam ad paternam cognationem pertinet. Quam ob rem eo confugiendum est imperatoria adoptione ius mutari potuisse et Hadrianum cum Pium adoptaret extra ordinem constituisse, ut uxor Sabina ei matris loco esset et sic deinceps, vel, quod eodem redit, cum feminae adoptandi ius non esset, extra ordinem uxori id concessisse, ut simul coniuges Pium filium adoptarent.

4748 [= 4032] Suessae ante ecclesiam S. Matthaei ad sessionem IVC.; *nel seggio grande* AVG.; in via publica MET. Frustra quaesivit MASIVS.

I M P · C A E S
L · S E P T I M I O
S E V E R O · P E R T I
N A C I · A V G · P I O · P · P
5 S V E S S A N I

Iucundus f. 124 n. 3 (inde opinor Waelscappe f. 4); Filonardianus liber f. 30; Ant. Augustinus cod. Matr. f. 74 (inde Panvinius cod. Vat. 6036 f. 27. 47), qui ait vidisse se, sed non descripsisse; Smetius ms. Neap. p. 127, ed. 56, 10 (inde Waelscappe f. 112; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 25; Grut. 262, 7), auctorem laudans Pighium; Metellus cod. Vat. 6039 f. 353' a Budaeo; Capaccius p. 623; Sacco p. 67 ed. 1, p. 105 ed. 2; Stephanonius p. 144; Pratilli p. 217. 221.

1 CAESARI Iuc. Aug., CAE Fil. Steph., C//// Met. — 2 L om. Steph.

4749 in tabula lata m. 0.57, longa m. 2.02, litteris magnis et pulchris. Suessae rep. a. 1878 in monasterio quod fuit S. Iohannis, nunc est *la caserma de' carabinieri*, rep. *nell' esequire talune riattazioni nel locale adiacente al crittoportico*. Iam est Capuae in museo Campano.

GVST · PONTIF · MAX PATER · PATRIAE
VS · TRIB · MILIT · PONTIF · II VIR · TER
qu ADRATVS · MAESIANVS · CELSVS · X · VIR
5 stitib. iudic. pontifex? TRIBVN · MILIT · PRO · LEGAT · QVAEST · VRB
VS · AVGVR · X · VIR · STLIT · IVDIC · DEDER

Ectypa duo accepi per Iannellium et Henzenum. Descriptam miserunt mihi magistratus Suessani. Ed. Iannelli *Comm. di Caserta* 1878 p. 39; Fiorelli *Not. degli scavi* 1878 p. 170.

Imperator nescio quis, item privati tres, primus, pater opinor duorum qui sequuntur, equestris ordinis, duo alii adulescentes laticlavii, communiter dederunt. Nullius praeterea tituli memini, qui ita imperatorem in donis conferendis cum privatis exaequet. Nomina ut explerem non successit; cf. n. 4760 b 6 *M. Maesius Q.....* decurio Suessanus.

4750 [= 4033] Suessae in hortis episcopi IVC.; in viridario episcopi FIL. Nocelleti, ubi Urbana fuit MENNA fraude.

L · ALBINIO · A · F · QVIR · SATVRNINO
COS · PROCOS · PROV · ASIAE ·
LEG · AVG · PR · PR · PONTI · ET · BITH · PROV
PROCOS · PROV · ACHAIAE · PRAEF · AER · SAT
5 LEG · AVG · ASTVRICAE · ET · CALLAEC
PR · VRB · AED · PL · SOD · ANTONINIAN
Q · VRB · P · C · CVRATORI · COL
DECR · DEC

Servaverunt Iucundus f. 125 Suess. n. 9 et Filonardianus liber f. 105'. Ab illo reliqui: Donius 5, 219 ex vetere ms., item, sed imperfecte usque ad voc. PRAEF, 5, 140 (inde Donati 245, 8) e libro antiquo ms.; Mur. 365, 1 e Don. et sched. fr. Iucundi; Pratilli p. 224 ex Donio ut puto; item ni fallor Florez *España sagrada* 16 (1787), 8, cui misit Alph. Clemens de Arostegui orator Hispanus Neapoli. Interpolavit Menna Carinola (1848) 1, 144, sumens ex Pratillio.

Versuum divisio incerta. — 1 post QVIR, 2 post COS hiatum significat Fil. — 2 PROVI Fil. — 3 LEG·AVG Iuc., LEG...G Fil. — PR·PR] PR·PROV Flor. — 4 ACAIAE Flor. — AERARI Flor. — 5 CALLAE Fil., GALLAEC Flor. — 6 PISOD Fil., PLEB·SODAL Flor. — ANTONIAN Iuc. (Magl.) et recentiores, etiam Flor. — 8 DEC·DEC Flor. — Menna dedit sic: COL... | L..ALB...QVIR...COS... D... | PROC...ASI...AVG.. | P...PONT... | ...AERAR... | LEG...AVG...ET·GALL... | PR...AED...PRAEF... | ...PLEB... | ...CVRAT...TEMPLOR... | D...D...

4751 litterae v. 1 altae sunt m. 0.077, puncta triangula non tota cava. Suessae rep. a. 1878; nunc ex dono Dominici Cremonese Capuae in museo Campano.

L · CORNELIO · L |
SVLLAE · FELEICI |
IMPERATORI
PVBLICE

Zangemeister descripsit. Iannelli *Commiss. di Caserta* 1878 p. 40.

Vide capitis praefationem.